Iordanus <de Quedlinburgo>: Sermones Dan de sanctis
[Straßburg: Heinrich Knoblochtzer], [nicht nach 1479] 

illuc rediit vnde exiuit. Et hec est vna circu
culatio. Deinde virtutibus cardinalibus
vniforme vnione vnitiue collectas totum
mentis intuitum vniformiter figit in deum
que operatio caret principio et fine. sicut
circulus. Et hec est secunda circulatō. ¶ H
Ad delaratōnem autem eius qd dictū d cir
culari operatōe hac. Sciendū ꝙ dyonisius
difformiter eam assignat circulari operati
one angeloꝝ. Cuiꝰ ratō est. qꝛ intellectus
nr̄ n̄ ē tante vniformitatis. sicut intellectꝰ
angeli. Nā intellectꝰ angeli habet cogni
tōnem vniformē secūdū duo. Primo quid
quia non acquirit intelligibilem veritatez
ex varietate reꝝū compositarū. Secundo qꝛ
n̄ itelligit veritatē itelligibilē discursiue sꝫ
simplici intuitu. Intellectus autem noster
accipit a sensibilibꝰ rebus intelligibilez ve
ritatem ⁊ cū actu quodam discursionis eāz
intelligit. Ideo circularem operatōꝫ i an
gelis assignat ꝓut vniformiter intuentur.
vt visuz est. In aīa aūt nostra anq̄ ad istā
vniformitatē pueniatᷓ oꝑtꝫ ꝙ duplex eius
difformitas ammoueatur. Primo quidem
illā que ex varietate fit rerum exterioꝝ. q̄
fit ꝓut relinquit exteriora secūdū primaz
circulatōnez. Secūdo illā que ē per discur
suz rōnis que fit ꝑ ꝯuolutōnē ꝟtutū ꝑdictā
in secunda particula circulatōnis. Exinde
erit anima vniformis āgelis in hac circula
ri operatōne scd̄m ꝙ pretermissis omnibus
in sola dei contemplatōne persistunt
E ¶ Recta operatō anime est scd̄um dyoni
sium sꝫm quā exterioribꝰ sensibus procedit
ad intelligibiliū ꝯgnitōꝫ / sicut motus rectꝰ
est sꝫm quē aliquid ꝓcedit de vno ad aliud
Obliqua est ex circulari et recta proposita.
prout scilicet illuminatōnibus vtitur. ⁊ rur
sus ad hmōi rōnabilibus ad vnitas contē
platōnes sursuz agitᷓ sꝫm dyonisium. Has
tres operatōnes habuit illa angelica ani
ma beati aug. Primā se habuisse ostendit
septimo cōfessionū vbi dicᵗ. Jn̄ cc̄ monitꝰ re
dire ad meipm itraui in itima mea et vidi
qualicūqꝫ oculo aīe mee super eundem o
culum supra mentē meā lucem dn̄i inc̄mu
tabilem. Secūdā habuit cū loquebatᷓ cum
matre. viij. ꝯfes. d. Erigentes nos ardentō
ri affectu in idipm ꝑambulabimus grada
tim cūcta corꝑalia et ipm celū vt attinge
rēꝰ regionē vbertatis indeficiētis. Terci
am se habuisse ostēdit / et satis patet ex do
ctrina sua quā nō est dubiū eum habuisse
et scripsisse per angelicas illuminationes /
Unde ipe dicit. v. ꝯfes. Propterea credo ꝙ
tu me docueris / vbi dicit instinctus diuinos
se recepisse in profundo ¶ D ¶ Ex qua

libet istarum operatōnum intelligibilium
anima amorosa sortitur prerogatiuas spēa
les. Ex circulari oꝑatōne sortitᷓ tres ꝑfecti
ones penes tres ꝓprietates circuli. Nam i
circulo est ꝓgressus ab eodem in idez. Se
cūdum hoc accipitur prima perfectio que ē
reditio anime in suū principiū a qͦ effluxit
Sapien. ad locū vnde exeunt flumina re
uertuntur etiā. Ps. Conuertere animā me
am in requiē tuā. Ex recta aūt operatō
ne anima sortitur triplicē vtilitatem alias
penes triplicem ꝓprietatem recti acceptaz
Primo nanqꝫ rectum est / cuius medium
ab extremis non discrepat per qd intelligi
tur mundane consolatōnis voluntaria ab
dicatō. Que quidē abdicatō in hoc perficitᷓ
ꝙ mediū huiꝰ vite nō discrepat ab extre
mis. Extrema autem huiꝰ vite puta princi
pium et finis sunt cum dolore et gemitu /
Hic ⁊ debet eē mediū vt dicamꝰ illud. Vi
ta nostra in dolore suspirat / Hanc rectitu
dinem habuit ille sanctꝰ Job de quo legitᷓ
ꝙ erat vir simplex et rectꝰ. Unde dicebat
Nudus egressus sum ex vtero matris mee /
nudus reuertar illuc. Et hanc nuditatem. i.
presentem calamitatem per totuz medium
vite sue paratus fui cōtinuare ꝙ̄tum ad ꝑ̄
paratōnem animi ꝑ ꝯformitatē volunta
tis diuine. Unde dixit / dn̄s dedit dn̄s abs
tulit. sicut dn̄o placuit ita factuz ē. Sit no
men dn̄i benedictū. Ad hanc aūt mundane
consolatōis abdicatōꝫ et calamitatū volū
tariā ꝑpensionē anima inducitᷓ per illam
operatōnem rectam quasi subtilia sensibi
lia refert in deum. In qua quidē operatōe
aduertit et videt ꝙ cuncta que sunt vel fi
unt sub sole sunt vniuersa vanitas et affli
ctio spūs. Et ideo nullam consolatōnē que
rit non eoꝝ aduersa formidat. d. cū ꝓpheta
Renuit consolari anima mea. Sic beatus
Aug. quia displicebat ei quidquid agebat
in hoc seculo ⁊c. Et mater sua dicebat. Fili
mi nulla re iam delector in hoc mundo. Se
cūdo rectū firmus sustinet et supportat / Si
cut apparet in columna recta per quam in
telligitur oneris ꝓximoꝝ caritatiua suppor
tatio. Apo. Alter alterius onera portate. i
hoc enim est perfecta caritas vt quis ꝯsola
tione spreta alioꝝ quiete studeat eorum
onera supportando. Hanc legem docuit cri
stus qui in tota vita sua nunꝙ̄ minimam ꝯ
solatōnem habuit et nobis vitam eternaz
consolatōnis ꝑ̄parauit. immo ⁊ onera pec
catoꝝ nostrorum ipe ꝑtulit in ligno. O ꝙ̄
recta et fortis columna fuit xp̄c qui tantaz
peccatorum et miseriarum molem pro no
bis omnibus dignatus est supportare. Et

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0264
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt